



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

De Vigilia Natiuitatis Domini. IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

De Domini. IV. Aduent. & Vigilia Natiuit. Dom. 111

8 Et quando alicubi contingit reponi has Antiphonas in Feria diuersa ab ea cui sunt assignatae, Antiphona 4. ea erit quæ conformis est Cantico recitando, sicuti præscribitur de Antiphona *Expectetur* reseruata Sabato.

De Dominicâ quarta Aduentus.

C A P. I I I.

**C**ontingit non legi in Officio Dominicæ 4. Euangelium, quod ideò saltem in præcedenti Sabbato legitur: puta, quando in hac Dominicâ occurrit Vigilia Natiuitatis, & eo anno omittuntur Antiphona ad Laudes quæ occurrunt in die sancti Thomæ, ut in Sabbato Quatuor Temporum ponantur Antiphona Dominicæ quartæ, quæ omitti non debent. quod affirmat Microl. cap. 33. & approbat indagator Romanorum Rituum Radulphus *Propos.* 16. qui appellat *ibidem* supercrescentia ea quæ habentur in Breuiario post Dominicam 4. quia in breuiori tempore Aduentus omittuntur.

2 Et licet in prædicto casu Antiphona quarta Dominicæ omittatur, cuius loco dicitur Antiphona, *Expectetur*; eadem tamen quarto loco resumitur in Vigilia Natiuitatis, ne Officium huius Dominicæ vlo modo pereat.

De Vigilia Natiuitatis Domini.

C A P. I V.

**S**i Vigilia venerit in Sabbato, vice Psalmi *Iubilate*, in nocturno dicitur Psalmus *Bonum est*, ne ille bis dicatur, ad Matutinum, & Laudes; & neque hic omittatur in Officio.

2 Antiphona ad Laudes, *Indea, & Ierusalem*, &c. habentur apud Rupert. lib. 3. cap. 12.

3 Ritus Officij à Laudibus est Duplex, nō ante annum 1521. in Breuiari. impressis; at erat etiam in antiquis M. S. Duplex; &, cùm Vigilia sit illius Festi, quod est initium salutis nostræ, iure merito cum exultatione est celebranda. Est igitur Officium partim feriale, quia Vigilia est; partim festuum, iuxta illud, *Lunate capita vestra*, &c. & vt Officium Primæ sit sollempne, in quo est annuntianda Nativitas Salvatoris cum solemnî lectio-  
ne Martyrologij.

4 Legitur Martyrologium cum maiori quam alias solemnitate; qua in re quisque abundat in ritu suo. Illud est commune ferè omnibus, ut genua flectamus ad ea verba, *In Bethleem Inde*, &c. usque ad ea, secundum carnem; ea ratione qua ad Missam genuflectimus in Symbolo ad ea, *Et incarnatus est*; & in ultimo Euangelio ad ea, *Et Verbum caro factum est*. Humiliatio namque Deo, & nos usque ad terram profundiū solito humiliari decet. quod & additum est in postremâ Martyrologij recognitione.

5 Ad Nonam inclusuè desinit Aduentus, & cessat *V. Angelus Domini*, &c.

De Natali Domini.

C A P. V.

**I**ctiones Isaiae hac nocte leguntur sine titulo; ea forte ratione quia Hugo docet lib. 2. cap. 3. Capitula legi sine titulo, quando lecit autem; & Isaías in toto Aduento lectus est, ita ut pateat eius nomen. Dicerem cum P. Ruiz,

iam